

CONCLUSIONES JURIDICÆ

CANONICO - CIVILES



Q U A S

IN ALMA ET PERANTIQUA UNIVERSITATE COLONIENSI

P R E S I D I B U S

PRÆNOBILIBUS CLARISSIMIS, CONSULTISSIMIS.

QUE VIRIS AC DOMINIS,

D. JOANNE JACOBO CARDIUNS

J. U. D. Professore ordinario & publico, Venerandæ
Facultatis Juridicæ Dictatore,

D. JOANNE BENEDICTO WILMES

J. U. D. Professore publico & ordinario, ejusdemque
Facultatis Fisco,

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS AC DOCTORALIBUS
PRIVILEGIIS MORE SOLENNI OBTINENDIS

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT

FRANC. JOSEPH. LAURENT. DE SMACKERS
NOVESIO - WERTHANUS.

Anno MDCCXC. Die 26 Martii.



COLONIÆ, EX TYPOGRAPHIA UNIVERSITATIS.

Disc. jun. 63

Diss. jur. 63

z
Be

*Noli querere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne
forte extimescas faciem potenteris, & ponas scandalum in aequitate tua.*

Eccles. Cap. 7. v. 6.

i37i 389 01

PERILLUSTRI
STRENUO
GENERO SOQUE DOMINO
DOMINO
LIBERO BARONI
DE SMACKERS
VICE - CHILIARCHO
EXERCITUUM CÆSAREORUM.

DOMINO
IN MIRWARD, MONTIGNY,
ET EMBTINES &c. &c.

PATRUELI MEO ET PATRONO
COLENDISSIMO.

і я т а з л і я т
о и м о т с
о и м о д в у б о з о ж е н
о и м о д
і я з л і н о я з п і л
з я н а з а м б а с
о и о я к і н а . д о ч .
м я з о п я в с к и ю т р о ж е

о и м о д
т и в с т и о м . в я з в і т и
з я в с з и т и я з
с м о к т я т . т . с я м . т з в и т а т
в и з в и с и в а с .



VIR PERQUAM ILLUSTRIS!

Advenit tandem exoptata dudum dies, quā Studiorum
meorum primitias, TUO STRENUO ET PERIL-
LUSTRI NOMINI consecrare, Tuisque sub Auspiciis
exponere & defendere licet; taxandus sane forem jussa-
que PATRIS MEI DIGNISSIMI transgrederer, VIR
STRENUE ET ILLUSTRIS! si hanc unquam quam
nactus sum occasionem, ceterasque futuras & quascumque
possibles opportunitates, me Tibi, Tuisque denuo arctius,
& titulo & jure Consanguinitatis, devincendi, me & hasce
Tuo Patrocinio subjiciendi prætermitterem.

Modestiam animum & characterem Tuum vereor, ne
offensam, si Tuam in Tuos Generositatem, & Clementiam
etiam si

etiam si modestè, & cum moderamine enarrem, noscunt
subditū qui sis, nōrunt Arduenni, exterique Tuam Mag-
nanimitatem, Benevolentiam Tuam experiuntur, potissi-
mum ii, quibus nec Pater nec res est, animum Tuum
Herculeum, quo in armis Cæsareis semper eminuisti, ge-
neroſa Tua, & præclara martis facta, quæ perpetraſti,
depingant alii quēis nitidior & doctior est calamus.

Supereſt igitur, VIR PERQUAM ILLUSTRIS! ne
ægrè feras ut tenues hasce Nomine, & Valore Tuo in-
dignas, conclusionum mearum pagellas dedicem, easque
in perpetuum, & devotionis, & affectionis monumentum
acceptes; ignoscas precor audaciam & libertatem quā
utor, credasque me ductum inclinatione & affectu quem
tribuit, urget, & nutrit Confanguinitatis vinculum,
auspiciū Tuum implorare; rogans, ut hunc laborem meum
Benevolentia Tuā protegere, Tuoque Præſidio ulterius,
fovere non dedigneris. Qui Tuus semper

Dabam Coloniæ Agrippinæ
hac die Martii 1790.

absequiosissimus & humillimus
Cultor & Agnatus

F. J. L. DE SMACKERS.



1.) *Ad L. II. ff. 2. ff. de jurisd.*

Supponendo Judicem, qui judicandi habet potestatem de 300, & ultra non, hæreditatem, vero vel fraudum, cuius valor sit 600, inter duos esse communem, alter alterum actione familiæ erciscundæ, aut communi dividendo, coram tali Judice convenire non poterit.

2.) *Ad L. 2. §. 1. ff. de pacis.*

Plura habens Chyrapha Creditor, unum reddendo, non liberat debitorem.

3.) *Ad L. 23. Cod. de transact. & L. 3. §. 2. ff. eod.*

Si hærede cum putativo transfegerint Creditores hæreditarii, isque ex transactione debiti partem solverit, ablata sibi verum per hæredem hæreditate, pecuniam solutam à creditoribus repetere non poterit, neque ab hærede vero; quo & casu quæri potest, utrum Creditores hæreditarii verum hæredem, ex pristina obligatione, qua super putativo cum herede transactum fuit, convenire possint? Rq. affirmative.

4.)

4.) *Ad 23. ff. de judiciis.*

Rei vindicationem soli Domino concedi notum est, verum an tam litis contestatæ tempore, quam sententiæ eum Domini num esse oporteat, non est ita expeditum; quid ergo, si post litem contestatam, vindicanti dominium supervenerit? novo libello nova lite opus fore putamus.

5.) *Ad L. 49. ff. hæred. petit.*

Si bonæ fidei possessor hæreditatis, cum debitoribus hæreditariis, aut qui res hæreditarias occupaverint consistere velit; audietur: utique si periculum fuerit, ne inter moras actiones intercedant, petitor autem hæreditatis citra metum exceptionis, in rem agere poterit.

6.) *Ad L. 1. Cod. de jure emphiteutico.*

Thesaurus in fundo emphiteutico repertus, non ad dominum directum, sed ad Emphyteutam pertinet.

7.) *Ad L. 46. pr. ff. de usufructu.*

Paterfamilias, filio ex hæredato extraneum hæredem instituerat, puta Titium, Mevio autem fundum, detracto usufructu legaverat, filius per querelam in officioli evertit testamentum, & quæstio est, cui cedat usufructus, Iy. Mevio, qui fundi Legatarius est.

8.) *Ad L. 18. ff. de servitud.*

In omnibus servitutibus, quæ aditione confusæ sunt, responsum est doli mali exceptionem nocitaram Legatario, si non eas iterum reimponi patiatur; & recte.

9.) *Ad L. 24. Cod. fam. caus. juncta L. 91. ad L. falc.*

Filium quem habentem fundum, portionem bæreditatis fratribus, & quibusdam aliis, sub conditione, verbis precariis restituere sanxit Testator, post ejus conditionis eventum, bæreditaria parte prædii, in quartæ ratione retenta, compensato præterea, quod a coheredibus vice mutua percepit: & si quid deest, in supplementum deducto, quo a cæteris in eo fundo solvit, supra quartam habens, reddere compellitur. Ex hac lege, quæ ænigma præ se ferre videtur, uti & ex aliis deducimus, nullam esse differentiam inter Trebellianam & Falcidiam quoad ea, quæ has in quartas, debent imputari.

10.) *Ad L. 27. ff. de reb. cred. juncta Nov. 120. cap. 6. §. ult.*

Civitas accepto ab administratoribus, non tenetur ex mutuo, nisi ad id speciale mandatum habeant, vel ejus in utilitatem versam esse pecuniam probent creditores.

11.) *Ad L. 33. ff. de cond. indeb. juncta L. 51. ff. eod.*

Ad ducendas vel tollendas impensas possessor nullam habet actionem, sed tantum retentionem, ex quo inferimus, quod si rem restituerit, non deductis aut ablatis, nullo amplius easdem servare possit medio.

12.) *Ad L. 41. ff. de Pignoratitia actione vel contra.*

*Rem alienam pignori dedisti, deinde Dominus rei ejus esse cœpisti,
B datur*

datur utilis actio pignoratitia, id est hypothecaria creditoris ex aequitate nimirum: improbe enim relitit, quoniam utilis actio moveatur; non est idem dicendum, citata Paulus lege pergit, *Si ego Titio, qui rem meam obligaverat, sine mea voluntate bares extitero, hoc enim modo pignoris persecutio non est concedenda Creditori.*

13.) *Ad L. 24. & 25. §. 1. ff. depositi.*

Cum quis ab initio nummos deponere vellet, non ut eadem redderentur nummorum corpora; sed ut tantundem solveretur; convenit: licet ea res egrediatur notissimos depositi terminos, actionem tamen locum habere, adeoque manere depositum, si recte concludit PAPINIANUS.

14.) *Ad L. 21. ff. de hæred. vel actione vendita.*

Si venditor hæreditatis, rem aliquam hæreditariam post factam venditionem, antequam eam traderet, alteri vendiderit & tradiderit, haecque apud secundum emptorem citra culpam & moram venditoris postea perierit, is ad rem ipsam conveniri quidein nequit, ad pretium autem rectè convenietur; idemne dicendum est, in venditione rei singularis? R. tunc nequidem ad pretium conveniri potest.

15.) *Ad L. 5. ff. de rescind. vend.*

Cum venditor emptori, vel emptor venditori acceptum faciat, voluntas utriusque ostenditur id agentis, ut a negotio discedatur & perinde habeatur, acsi convenisset inter eos, ut neuter ab altero quidquam peteret.

16.)

16.) *Ad L. II. §. 18. de act. empt. vend.*

Si venditor cum emptore pactus sit, ne de evictione teneatur, tali casu constat, non committi duplæ stipulationem, sed an re evicta, ad pretii restitutionem conveniri possit, quæritur? sic omnibus ferme placet interpretibus, ast ut opinamur, contra juris rationem.

17.) *Ad L. 21. §. ult. ff. de act. empt. venditi.*

Qui domum vendebat, exceptit sibi habitationem donec vive-ret, aut in singulos annos decem, emptor maluit primo anno decem præstare, secundo anno habitationem, TREBATIUS ait, mutandæ voluntatis potestatem eum habere, singulisque annis alterutrum præstare posse, hæc decisio TREBATHI, quainvis ve-n-ditori dura videri potest, non est tamen à vera juris ratione aliena.

18.) *Ad L. ult. Cod. de pact. pign.*

Meritò CONSTANTINUS in lege sanxit, ut Lex commissoria in pignoribus, infirmetur, & in posterum omnis ejus memoria aboleatur.

19.) *Ad L. 27. Cod. de evict.*

Si fundum sciens alienum vel obligatum comparavit Athenocles, neque quidquam de evictione convenit, quod eo nomine dedit, contra juris poscit rationem; ex his deducunt aliqui emptorem malâ in fide constitutum, pretium repetere posse; probabiliorem autem sustinemus sententiam eorum, qui dicunt, quod tali casu nec pretium nec interesse debeatur.

20.)

20.) *Ad L. 21. Cod. de testamentis.*

Controvertitur, cui juri adscribenda sit testamenti factio, utrum juri naturae, utrum positivo? sententia eorum, qui contendunt eam juri positivo adscribendam esse, probabilius videtur, ex quo inferimus, quod si in testamento aliqua defit solennitas, haeres legitimus bona haereditaria retinere possit, etiam in conscientia, licet de defuncti voluntate dubitet.

21.) *Ad L. 13. ff. de lib. & posth. instit. vel ex-hæred.*

Si ita scriptum sit, si filius mihi natus fuerit, ex besse haeres esto (ex reliqua parte uxor mea haeres esto) si vero filia mihi nata fuerit, ex triente haeres esto, ex reliqua parte uxor haeres esto, & filius & filia nati esent; supponendo haereditatem relictam valere septingentis; filia centum consequetur.

22.) *Ad L. 6. de condit. instit.*

Siquis ita institutus sit, si monumentum, post mortem Testatoris, in triduo proximo mortis ejus fecisset, cum monumentum in triduo perfici non posset, dicendum erit, conditionem evanescere tanquam impossibilem, itaque non tenebitur haeres ad constructionem monumenti nequidem post triduum.

23.) *Ad L. 1. ff. test. quemadm. aperiantur.*

Inter Interpretes disceptatur, an liceat transfigere de controversiis, quæ ex testamento proficiscuntur, non inspectis testamenti tabulis? Affirmantium sententiam probabilem putamus.

24.) *Ad L. 87. §. 4. ff. de legatis 2do.*

Inofficiosas adversus donationes, datur querela ad similitudinem inofficiosi testamenti, quatenus hæ revocantur, ardua quæftio est; nos non in totum, sed quoisque legitima ratio exigit, revocari existimamus.

25.) *Ad L. 20. §. 2. ff. de alim. leg. & L. 19. de ann. leg.*

Titia usumfructum legavit Mevio ejusque fideli commisit, ut ex redita fundi præstaret Pamphilo & Stycho annuos sexcentos, seu alimenta, quoad vivant; quæritur, an mortuo Mevio, hæres ejus alimenta præstare debeat? R. negative, sed nec hæres Titiæ ea debet.

26.) *Ad L. 17. §. 7. ff. ad S.C. Trebellianum.*

Si quis rogatus fuerit, ut si sine liberis deceperit, restituat hæreditatem, & naufragio simul cum patre, filius perierit, an conditio defecerit, videamus, & magis non defecisse arbitror, inquit UPIANUS, & rectè.

27.) *Ad L. 13. §. 1. & L. 35. §. 4. de donat. mort. causa. Item Nov. 87. in prin. & Cap. I.*

Si donationi mortis caufa pactum adjiciatur, ut nunquam revocari possit, apud omnes in confesso est, donationem fieri irrevocabilem, verum an maneat donatio mortis causa, elegantis est disquisitionis, & quamvis maxima pars Interpretum, con-

contendat eam migrare in donationem inter vivos , nos tamen mortis causa donationem manere posse tuebimur.

28.) *Ad L. 35. ff. de acq. Rer. Dom.*

Si Procurator ineus rem suam quasi meam alii tradiderit, non recedit, ab eo dominium.

29.) *Ad L. 48. de acq. Rer. Dom.*

Fætus ovium surtivarum , etiamsi prægnantes subreptæ sint, apud bonæ fidei emptorem editi , ad eum pertinent.

30.) *Ad L. 63. de re judicata.*

Constitutum est sæpe, inquit MACER , res inter alios judicatas , aliis non præjudicare, id, tamen non impedit, quo minus sententia lata contra debitorem agentem de proprietate pignoris , nocere possit creditor i scienti.

31.) *Ad L. 76. ff. de solut. & prin. instit. quibus modis obligatio tollitur.*

Inter fidejussionum beneficia etiam recensetur actionum cœfio , quam tamen fidejusor frustra desiderat post solutionem , si præviè non convenerit, ut mandentur, actiones.

32.) *Ad Cap. 28. de Jurejurando.*

Juramentum adjectum actui , qui tantum in favorem agentis non valet , efficit ut jurans teneatur hunc actum in conscientia fer-

servare, sed an exinde aduersus eum in foro externo datur actio? R. Negative.

33.) *Ad Cap. 6. § de pactis, & Cap. 8. § de Simonia.*

Si Patronus Decimator, qui tenetur ad competentiam alicui conferat Pastoratum, cum pacto, ut minore contentus, competentia, vel ne competentiæ petat augmentum, aut domum pastoralem, præsentatio erit Simoniacæ.

34.) *Ad Cap. 40. § de pactis.*

Præviâ pactione ab iis, quæ per Moniales recipiuntur in Sorores, seu quæ religionem ingrediuntur, etiam si Monasterium sit insufficiens & pauper, aliquid recipere Simoniacum est.

35.) *Ad Cap. clement. de Jure Patronatus.*

Plures si sunt Patroni quæritur an cogi possint, ut per turnum præsentent. R. Negative.

36.) *De Decimis.*

Decimæ laicales si transferuntur in Monasterium, num manent laicales an verò ecclesiasticæ? R. Videndum an per se pure & simpliciter, an cum castro cui annexum est jus decimandi, sub nexu feudali transferantur, priore casu fieri ecclesiasticas existimamus, secus autem posteriore.

37.)

37.) De foro competente.

Sequi debet diffamans forum diffamati.

Impertinens:

Lis genuit leges, legum lis filia: vivi

Non sine lite solet, nec sine lege potest.



